



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De eadem re. xlviii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

*De illis qui defendunt delinquentes. Cap. XLVI.*

**Q**VI consentit peccantibus, & defendit alium delinquentem, maledictus erit apud Deum & homines, & corripietur increpatione seuerissima. Hinc & quidam sanctissimus pater ait: Si quis errori alterius consenserit, sciat se cum illo simili modo culpabilem iudicandum, & excommunicandum.

*Ex dictis  
Basilij e-  
piscopi.*

*De illis qui intra annum causam suam tractare  
neglexerint. Cap. XLVII.*

**Q**vicunque igitur intra anni spacium ciuilitur, siue publice causam suam coram suis excommunicatoribus non peregerint, ipsi sibi audiencie clausisse adiurum videatur. Quod si obstinato animo sine communicatione defuncti fuerint, nos illius causam iuxta beati Leonis predecessoris nostri sententiam, diuino iudicio reseruantibus quibus uiuis non communicauimus, mortuis non communicare possumus.

*Ex decr.  
Gelasio  
pa. ca. 2.*

*De eadem re. Cap. XLVIII.*

**H**is sane, qui ante audienciam communicare tentauerint, donec per poenitentiam reatum suum defleant, ad communionem nullo modo reducuntur, excepto mortis interitu urgente. Qui vero excommunicato scieter communicauerit, & amodo saltem in domo simul orauerit, atque latebras defensionis, ne cominus ad satisfactionem perducatur, praeberit, donec ab excommunicato poenitentiam suscipiat, corporis & sanguinis domini communionem priuatum se esse cognoscat, & delictum secundum canones poeniteat.

*Ex decr.  
eiusdem  
cap. 13.*

*De notentur excommunicatorum nomina, & in foribus  
ecclesiae praefigantur. Cap. XLIX.*

**C**ura sit omnibus episcopis, excommunicatorum nomina omnino tam vicinis episcopis, quam suis parochianis pariter indicare, eaque in celebri loco posita praeforibus Ecclesiae cunctis conuenientibus inculcare, quatenus in utraque diligentia, & excommunicatis ubique ecclesiasticis audiens excludatur, & excusationis causa omnibus auferatur.

*Ex decr.  
Honorij  
papa, ca.  
11.*

*De episcopo, qui ante damnati absolutionem obierit. Cap. L. Ex concil.*

**S**i episcopus ante damnati absolutionem, obitu rapiatur: correptum, aut poenitentem successoris licebit absoluere.

*Epaonensi  
cap. 10.*